

INSTITUTIONES

Theologiae, Philosophiae, Iurisprudentiae, Medicinae
& aliarum Disciplinarum. N° 15

92^o-15

DELIBATAE

A PVERO SEPTENNI

JACOB O M A R T I N O M O D A N E S I

Natuitate Veneto, Educatione Bononiensi, Genere Mutinensi.

PRAEMONSTRANTE

F. Io. Baptista Mezzetto Ord. Seruorum B. M. V. à But
S. Theol. Doct. Collegato in Bononiensi Uniueritate


ET EXPONENTE

PUBLICO EXAMINI ATQUE DISCEPTIONATION

Per extractionem facienda.

Rome apud S. Marcellum, die Pentecostes. Anno 1647

ET DABITVR CIVICVNQUE LOCVS.



LIBRERIA
ALBERTO MONTAÑA

Algunas páginas de la memoria de

Elie Mudachov

De 7 años viviendo en Vichy, depende
se halla en la Cava, y vive en Av. Z, el autor
que vota su voto a su hermano por una del
Demócratas. Hoy se encuentra en Roma.

ESTADÍSTICA

ESTADÍSTICA DE LOS ESTADOS UNIDOS

23

ESTADÍSTICA DE LOS ESTADOS UNIDOS



INNOCENTIO

DECIMO

TOTIVS ORBIS CHRISTIANI

MODERATORI MAXIMO.

Ff. Iō: Báp̄ista Mezettus Seruita S. Theol. Magister,
Doctor Coll. Bonon.

ET IACOBI MARTINI MODANESII PVERI SEPTENNIS
In Elementis Disciplinarum Institutor.



NCEPS animo voluebam B.^{me}
Pater, An Septenni in Puerulo
innocenti reuereri deceret TE
INNOCENTEM. Oppo-
nebam mihi maxima solum Ma-
ximis deberi: At DEVVM Ipsum
ter Maximum, sibi paruulos aduocantem Sala-
mon ipse proponens cum præluxit, dubitationis
tenebras vicit; claraque tunc tandem resulſit in
luce, tum paruula decere Maximos, tum Maximi
esse, non maxima ex magnis, sed ex minimis fa-
cere maxima. Ecce ergo iure suo vtitur Paruulus
hic, dum hilari, atque in lætitiam ornato vultu,

Te querit, arque ut par est, obsequentissimus vene-
ratus. Nec mirum, si ad INNOCENTEM, innoc-
ens diuertat, Tua enim praeuolans Columba puel-
lum allexit, quæ Innocentiæ candore, non tam
Nomen, quam Animum Tuum, feliciter sanè,
quando candidè inter LILIA prænuntiat. Puerum
tibi exhibeo rationem præripientem tempori, qui
summis labris Disciplinarum fluenta ætatem præ-
currens delibauit, vt tandem fælices & sapidós
virtutis latices pleno ore adultus exhauriat. Gran-
dia non exhibeo SEDI TVÆ, vt quæ maximis iam
assueta est, in minimis huius Pueri, quæ noua-
sunt & ignota, sibi tanquam in Filio Parens coim-
placeat. Tota Tibi triumphat (vt vides) Ecclesia:
nec enim Pacis Regina triumphum oportunius
ageret, quam sub Columba. Vna tui Turcica Lu-
na currus non sequitur Sphæras, quia nondum
plena, neque enim quæ deficiunt Tua sunt. Quan-
do denique in Orbem creuerit, vt meditatur, tunc,
rotatibus apta, curru subiectabitur Tuo, vt citius
& clarius in Pacis Capitolium euehare. Faxit
Deus, vt in Ecclesia sua laus hæc maxima perficia-
tur, & ab ortu ad occasum Solis Dei nostri lauda-
bile nomen fiat in Te, atque nostro hoc Ævo ve-
rum sit dicere, Tua præuolante C O L V M B A
orientur in diebus ijis Orbi Christiano abundantia
pacis, donec auferatur Luna.



ROMANO LECTORI.



AMPRIDEM multi queruntur Artem per-
longam esse, Vitam breuem; & en tibi in
Puerulo Ars abbreviata, non quidem solo
arbitrio, sed iuxta Concilij ultimi Latera-
nenſis prudentissimum consilium: etenim
Sessione oītāua Catholicos exhortatur, ut
humanarum disciplinarum ē fontibus, Aegyptiorum canum
emuli, scatentes erroribus aquas currentes vi x lamberent
quando eorum finis non Eloquentia Ciceroniana, sed Virtus
Christiana est, cui relequis omnis pugnat, ut aequum est,
scientiarum exercitus. Et ecce tibi Puerum rationem præ-
pientem tempori, qui summis labris Disciplinarum humarum
fluenta et atem precurrens, noua metoda, sed non absque ra-
tione delibauit, ut tandem flices, & sapidos Virtutis lati-
ces pleno ore adultus (fauente Deo) exhaustat. Atque quō
melius dixerteret quam ad te Roma, quam Virtutum omnium

6

regnum agnoscit, atque Sanctimonia rore exundantem miratur uniuersus Orbis? Quid tibi grandia exhiberem, Roma, que iam in maximis, hoc est in tuis rebus, tibi tu ipsa decreuisti? Ut mirareris minima in hoc Puerto danda erant, ut qua maximis affuetas es, minima, que tibi noua sunt, et ignota tandem late vultu susciperes: Et quando Diuinum Verbum breve factum in homine mirabile fuit Orbi, non mirum erit si verbum idem, per suum auxilium in homine breui, hoc est in Puerto, breve pariter factum (saltem in restrictione tot definitionum, diuisionum, & causarum) mirandum se faciat Vrbi.



DILVCIDATIO SCHEMATICIS

Luxta literas Alphabeti in eopositas.

- A. **V**T Populum innocentem, pariat Ecclesia aduocatus à
Deo tamquam Columba, ut habetur in Cant. cap. 2.
- B. Crucatur sponsa, Ecclesia Dei Militans, ut pariat talem
Populum, per multis enim tribulationes oportet nos ca-
tholicos adire Calum, ut colligitur tam ex Apocalipsi
cap. 12, quam ex Actib. Apost. cap. 13.
- C. Hostis Ecclesia Zabulon membris, atque capitibus suis
Schismaticis, Hereticis, Infidelibus stat coram CHRISTI
Ecclesia, ut filium eius deuoret Populum Sanctum, ut
habetur ex Apoc. cap. 12.
- D. At Michael Archangelus Protector Sancte Ecclesie stat
pro Animabus iustis, contra Draconem, & committitur
prælium, & fit Victoria. Apoc. 12.
- E. Dracone triumphato, destructis aduersitatibus, & errori-
bus vniuersis; Toto Orbe in pace composito, videbimus
Ciuitatem sanctam Hyerusalem nouam, Ecclesiam Dei
descendentem de Calo viriucibus diuinis decoratam, &
tamquam Sponsam ornatam Viro suo Apoc. cap. 21.
- F. Fulgoribus Ecclesia inductæ gentes ex omnibus Terra par-
ibus fluent, & venient ad Ecclesiam Christi, ut à Isaias
2. & Apoc. cap. 21.
- G. Verum si imitati non fuerit INNOCENTIAM Parvulo-
rum non ingredientur sanctam Ciuitatem: ut inquit
Christus apud Matth. cap. 18.
- H. Ramum igitur Oliue portans Columba INNOCENS PA-
CEM orbi Catholico auguratur, ut sub implexu PACIS,
& Iustitia FIAT VNVM OVILE, ET VNVS
PASTOR.

Actas Pueri iuxta fidem Baptismi

Die 14. Mensis Martij 1647.

Ego Natalis Surianus Archipresbyter Sancte Marie de Racano Adrienfis Diœcesis attestor me adinuenisse in Libris Baptizatorum dicta Ecclesia memoriam his verbis annotatam videlicet.

13. Nouembri 1639.

Ego Ioannes Baptista Segn Baptizauit Infantem natum die 11. Currentis hora decima, ex Francisco Modanense, & Franciscā Coniugibus, cui nomen fuit impositum Iacobus Martinus Patrini fuerunt Alphonsus Baldo, & Lusia Ar-melina ambo de hac plebe, &c. in quorum fidem &c.
Dat. Racani die 13 Anno supradicto.

Idem qui supra scripsi, & solito sigillo muniui.

IOANNES PAVLVS SAVIVS

Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Adrienfis.

Vniuersis, &c. Fidem facimus & attestamur supradictum Admodum R.D.Natalem Surianum qui supradicta scriptis & subscriptis esse tamquam se fecit, ac virum bona conditionis & fama cuius scripteuris, & subscriptib[us] hic plena fides adhibetur & ubique merito est adhibenda.

In quorum &c.

Dat. Rhodigij in Palatio nostro die 15. Martij 1647.

Hyacinthus Bixuccius Can. Episc. Adrienfis Mandato.

Locus ✠ sigilli Episcopalis

Locus ✠ sigilli Parochiae.

DE SCRIPTVRA SACRA, ET ECCLESIA ROMANA.

CVM ab Infantia Litteris sacris vacare commen-
detur à Paulo ad Tim. 2. ideo à scriptura Diuina
exordientes delibauimus libros veteris & noui
Testamenti, per huiusmodi Tractatus videlicet.

De Canone Sacrorum Librorum. De historijs quæ con-
tinentur in ipso compendiose. De Versione. De sen-
sibus & de Interpretatione eiusdem Sacrae Scripturae.
De Traditionibus Ecclesiasticis. De Virtute. Visibi-
litate, & Sanctitate Ecclesiarum. De Concilijs Catholicis.
De Summo Pontifice. Et de Virtutibus Theologicis.

EX THEOLOGIA DE DEO.

VASI modò geniti infantes pragustato latte ab
uberibus Sanctæ Romanae Ecclesie per Scripturam
Diuinam, & Virtutes, Deum nostrum sibi paruu-
los aduocantem in Proverbijs cap. 9. adire non du-
bitarimus infra scriptos Tractatus Theologales attingen-
tes.

De essentia; existentia, & subsistentia Dei. De Attributis
Diuinis in genere, & in specie. De Scientia Dei, tam
in ordine ad se, quam in ordine ad creaturas possibi-
les, & futuras. De attributis principalibus eiusdem
Scientia Diuinæ. De Ideis, & Concordia Diuinæ pra-
ficien-

scientia cum nostro libero arbitrio! De Voluntate
Dei, Actibus, & attributis eiusdem Voluntatis. Postre-
mò de Processionibus Diuinis.

EX THEOLOGIA DE CHRISTO


VONIAM ut inquit Scriptura hæc est vera sa-
pientia nosse te Deum verum, & quem misisti
Iesum Filium tuum; ideo prælibata cognitione
Dei in unitate essentia, & Trinitate Personarum,
Christum Dominum nostrum venerantes, attigimus sequen-
tes Tractatus ad Incarnationem spectantes, videlicet.

De Possibilitate; Conuenientia; necessitate; & Fine Incar-
nationis. De valore operum Christi. De essentia;
Qualitate; & Causis Incarnationis; De Modo vno-
nis hypostaticæ, tam ex parte Assumentis, quam ex
parte naturæ assumptæ. De Gratia Christi, tam habi-
tuali, quam actuali, & gratis data. De scientia eius-
dem Beatifica; Infusa; & naturali.

EX METAPHYSICA.


PRAECONSTITIS illis, quæ maxime necessaria no-
bis visa fuerunt ad enutriendam, & reborandam
Fidem nostram Catholicam, & que ante omnia
opus est ut Fidelis agnoscat; ad mentem D. Atha-
nasij, aggressi sumus scientiam illam, quæ radiciter ingerit
nobis

11

nobis cognitionem naturae noſtre; iuxta illud Nosce te ipſum: & ab uniuersalioribus prædicatis exordientes, ut per cognitionem actualem diuinaſtam procederemus, à Metaphysica delibauimus infreſcriptos Tractatus, videlicet.

De ente: & essentia. De attributis, seu affectionibus entis tam vnitis, quam diſiunctis; tam primis, quam ortis; tam principalibus, quam accessorijs, id est de Vnitate; Veritate; Bonitate; numero; ordine; Perfectione; Pulchritudine entitatiua. De Actu & Potentia; Principio & principiato; Causa & causato; Finito & Infinito; Necessario, & contingent; Speculabili, Agibili, & Factibili; Eodem & diuerso; Vniuersali, & particulari; Communi & Proprio; Communicaſili & Incommunicaſili; Toto & parte; Simplici & Compoſito. Naturali & artificiali; Absoluto & Relatiuo. Permanente, & ſucceſſiuo. Priori, Posteriori, & Concomitanti; Completo & Incompleto; Abstracto & Concreto; Subiecto; & Adiuncto; Medio & extremo; Signo & signato; Mensura & mensurato; De Primo cognito; Et tandem de ſpeciebus entis, hoc est de ſubſtantia, & Accidente, tam in genere, quam in ſpecie; Sed præcipue de Angelis, & Anima rationali.

EX PHYSICA.

DIVISO Ente in substantiam & accidens, nobilissimam partem eius nobis primo loco proposuimus dignoscendam, id est substantiam, & quidem delibata spirituale, materialem, circa quam tota Physica occupatur, aggressi sumus, percurrentes Tractatus.

De Principiis rerum naturalium in communi. De materia. De Forma. De Priuatione. De Natura. De Causis. De Motu. De Infinito. De loco. De Vacuo. De Tempore. De Vnitate: contrarietate: & speciebus motus. De Indivisibilibus. De modis incendi, & definiendi rerum. De Terminis magnitudinis, & paruitatis. De Impulsu; & de primo Motore.

EX MEDICINA.

MENTER corpora naturalia nobilissimum locum tenet corpus humanum, de quo ut sanabili pertrahat Medicina; quapropter ut Philosophiam naturalem in nostro corpore experiremur, ex hisusmodi Disciplina attigimus Tractatus.

De Elementis. De Temperamentis. De Humoribus. De membris. De Facultatibus. De Actionibus & de spiritibus, quæ omnia spectant ad res naturales corporis humani. Item de Aere. De cibo & potu. De somno, & vigilia. De Inanitione & plenitate. De Motu, & Quiet. De re Venerea. Et de Animi Accidentibus,

bus, quæ attinent ad res non naturales eiusdem nostri corporis. Insuper de causis morborum. De Morbis ipsis & Febris. Et de Symptomatibus spectantibus ad res præternaturales.

Ad exactiorēm verō cognitionem rei Medicæ delibauimus aliquid.

De Morborum temporibus. De Crisibus. De diebus Iudicibus. De Signis. De Pulsibus. De Vrini. De iectionibus; & sputis. De Conseruanda sanitate. De Methodo medendi. Et tandem de Instrumentis Medicinæ, Dieta; Pharmacia; & Chirurgia.

EX IVRISPRVIDENTIA.

INTELLECTVS praetitus sequitur Speculatiuum, veluti fructus ipsi sequuntur flores; cum igitur Philosophia Morales ad mentem Sapientum sit fructus nostri intellectus: ideo delibatis ex Ethica Virtutibus Cardinalibus, Institiam & Prudentiam ceteris anteponentes, Libros Institutionum, qui de Injustitia pertractant, iuxta sensum virorum Prudentium attingimus per Titulos.

De Iustitia, & Iure. De manumissione. De Patria Potestate. De Nuptijs. De Adoptionibus. De Tutelis. De capitis diminutione. De Curatoribus. Item de aequirendo dominio rerum. De seruitutibus rusticorum, & urbanorum prædiorum. De Vusufructu. De Vsu, & habitatione. De Vscapionibus, & longi temporis præscriptionibus. De donationibus. De alienationibus. De Testamentis, & Hæredibus. De sub-

substitutionibus. *De Legatis. De Lege Falcidia. De Fideicommissariis hæreditatibus. De Codicillis. De Hæreditatibus ab intestato. De legitima agnatorum, & cognatorum successione. De senatusconsulto Ter-tulliano; Orificiano; & Trebelliano. De gradibus cognatorum. De bonorum possessionibus. De Obligationibus tam ex contractu, quam ex quasi contractu. tam ex delicto quam ex quasi delicto. De stipulatiobus. De Fideiussoribus. De mandatis. De lege Aquilia. & de Iniurijs. Item de Actionibus in rem & personam. Ciuitibus, & Praetorijs. petendæ rei, vel petendæ penæ, vel mistis. Habentibus condemnationem in simulum, in duplum, in triplum, & in quadruplum. Bonæ fidei, & stricti iuris. Arbitrijs in rem, & in personam. Quibus consequimur totum solidum, vel minus solidum. De negotio, quod dicitur gestum cum eo qui est in aliena potestate. De Peculio. De noxalibus actionibus. De satisfactionibus. De perpetuis & temporalibus actionibus, quæ ad Hæredes & in hæredes transeunt. De Exceptionibus & Replicationibus. De Interdictis. De poena temere litigantium. De Officio Iudicis. Et de Publicis iudicijs.*

EX LOGICA.



RÆCognitis simplicibus terminis ad disciplinas præciucas spectantibus, congruum erat, ut disciplinam illam delibaremus, qua nos docet modum rectè ratiocinandi de ipsis terminis simplibus: sive intentionibus primis prægustatis, facilior effet gradus

15

gradus ad inventiores secundas de quibus Logica. Ex qua
artigimus Tractatus.

De Prædicabilibus; Ante prædicamentis; Prædicamen-
tis; Postprædicamentis; Propositionibus, & syllogif-
mis. videlicet De Genere; Specie; Differentia; Pro-
prio; & Accidente. De Vniuocis; Equiuocis; Analo-
gis; Denominatiuis; Regulis, & Diuisionibus; De
substantia; Quantitate; Qualitate; Relatione; Actio-
ne; Passione; Quando; Situ; Vbi; & Habere. De
oppositis; modis essendi prius; & simul; speciebus
motus; & modis habere. De essentia; speciebus, &
accidentibus Propositionum; & Syllogismorum; De
Præcognitionibus, & Præcognitis; De Demonstratio-
ne, & eius Principijs immediatis; De Circulo, & Re-
gressu; De Propositionibus de omni; Per se; & qua-
tenus ipsum; & tandem de Diffinitione.

EX GRAMMATICA.

NON ODVM rationandi docuit Logica; sed rebus loqui
in discurso docet Grammatica; & ideo nequa-
quam primo loco didicimus banc Artem, ne per
ignotos terminos locutio flueret; Præcognitis er-
go terminis scientiarum (quantum fas est puerulo) facilior
datus est nobis aditus ad percurrendas Partes ipsius
Grammaticæ; nec non Regulas circa verba Actiua;
Passiva; Neutra; Communia; & Deponentia. Insuper
de Verbis impersonalibus. Infinitis. Famulato.ijs. De
Aduerbijs localibus. De Gerundijs. De Supinis. De
Comparatiuis. De Superlatiuis; & De Participijs.

EX

EX RETHORICA.

VNC prodest scientia nostra, cum alios ad veritatis cognitionem attrahere possumus; igitur cum Rethorica, moueat, atque delectet, ut inde possit docere Veritatem, nec non alios attrahere ad suum sensum; ideo ultimo loco Rethoricam libauimus, eius partes pricipuas attingentes, scilicet Inventionem. Dispositionem. Elocutionem. Memoriam. & Pronunciationem. Loca intrinseca, & extrinseca ex quibus argumenta desumuntur. Partes, & Genera Orationis. Figuras tam dictionis, quam Constructionis, & Elocutionis.

VERVM CVM ELOQUENTIA COMPARETVR NATVRA, ARTE, ET EXERCITIO; DEVIS DONAT NATVRAM; TRADVNT MAGISTRI ARTEM; SED EXERCITIVM COMPARATVR TEMPORE: CVM IGITVR PARVVLVS NOSTER ETATEM PVERILEM FERE ATTINGAT, CARERE PERFECTIONE NECESSSE EST. SED HANC TV QVOQVE PRÆBEBIS, SI CORDE TVO PERFECTO ILLVM SVSCEPERIS.



